



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dominicas Per Annum

Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197089

Dominica IV. post Epiphan.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53055)

DOMINICA IV. post EPIPHAN.

THESIS I. *Motus magnus factus est in mari, Matth. 8. v. 24.* *Afflictio.* Quid faciendum tempore afflictionis? I. Patientiae scutum objiciendum. II. Sperandum in Domino. III. Pro viribus agendum. IV. Expianda à peccatis anima. V. Invocandus Deus. *Faber Conc. 4. hujus Dominicae.*

THESIS II. *Quid timidi estis mortificæ fidei, Matth. 8. v. 26.* *Tribulatio.* Qua ratione Christus sit cum servis suis Justis? I. Per singularem directionem. II. Per singularem Protectionem. III. Per Consolationem in tribulationibus. IV. Per Amorem & Benevolentiam. V. Per paternam Correctionem. VI. Per sufficientem Sustentationem. *Faber Feste SS. Trinit. Conc. 9.*

THESIS III. *Ipsè verò dormiebat, Matth. 8. v. 24.* *Providentia.* Dei Providentia conciliatur. I. Cum hominis Libertate. II. Cum Impij Prosperitate. III. Cum Justis

Justi Adversitate. / Vivien Tertull. Prædic.
verbo Deus.

Fiducia.

THESIS IV. *Modicæ fidei.* Matth.
8. v. 26. I. Nunquam magis speran-
dum, quàm cum omnia videntur de-
sperata. II. Nunquam minùs timen-
dum, quàm cum omnia videntur esse
timenda. III. Nunquam plus permit-
tendum Deo, quàm cum à Deo de-
relictus quis esse viderur. Nam si ho-
mo confidit in homine, cadere potest,
non item, si in Deo; Major etiam ac-
cedit Deo gloria, si solus juvet; majus
etiam meritum hominis, ejùsque vir-
tutis actus. Lege sis in hunc finem c.
18. *Judic.* Cur Deus noluerit juvare
Gedeonem. *Crasset. Confid. die Jovis post*
Dom. 18. Pent.

THESIS V. *Ipse verò dormiebat.*
Matth. 8. v. 24. Deus est erga nos,
quales nos erga Deum; teste D. Ambrosio
l. 4. in *Lucam* Dominum dormire, ait,
Trepididis, vigilare Perfectis. *Vide Paciu-*
chelli in Jonam. Sic tu nos visitas,
sicut te colimus. *S. Thom.*

Tentatio. THESIS VI. *Ecce motus magnus*
Matth. 8. v. 24. Tentatus faciat, quod
Nauta

Nauta in tempestate. I. Vela contrahat. II. Tendat in altum. III. Merces projiciat. IV. Modos omnes indaget ad evitandum periculum. *Corn. à Lap. in c. 8. Matth. fol. 200. col. 2.*

THESIS VII. *Motus magnus Fa. Conscientia est in mari. Matth. 8. v. 24. Impii tia mala.*
Conscientia, ipsa est Testis, ipsa Judex, ipsa Tortor *S. Bern. lib. de Conscient.*
Scilicet I. est *Testis importunus*, qui peccatores accusat nunc, & acrius accusabit in morte. II. Est *Judex Severus*, qui peccatores condemnat nunc, & severius condemnabit in die Judicii. III. est, *Carnifex crudelis*, qui peccatores torquet nunc, & terribilius torquebit in Inferno. *La Selve hic tom. 1. fol. 129.*

THESIS VIII. *Ecce motus magnus. Peccator.*
Quatuor elementa contra Peccatorem. Vide P. Abraham à S. Clara p. 1. fol. 380. Judas causa periculi Apostolicæ navis. Creatura enim tibi Factori deserviens exardescit in tormentum adversus injustos. *Sap. 16. v. 14.*

THESIS IX. *Ascendente JESU in vita hominis.*
naviculam. Matth. 8. v. 24. Vita hominis.
minis est navigatio ad coelum, in qua
D 3 litrus

littus terra, iter mare, portus cœlum est, simulque docet I. in littore non hærendum. II. in viâ pericula evitanda. III. in portum merita invhenda esse. *Diarium Sanctorum P. Grossez. 12. April.*

Periculum hominis ubique.

THESIS X. *Ecce motus magnus.* Matth. 8. v. 24. I. Nec homo est, qui non sit in periculo salutis suæ, etiam si sit Apostolus. II. Nec Societas aliquem securum facit salutis, etiam Christi præsentia. III. Quævis creatura potest hominem perdere, vel ventus. Ita Apostolos in præsentia Christi ventus in periculum adduxit. *Durand Doct. Theol. hic part. 2. Character. Sanctor.*



DOMINICA V. post EPIPHAN.

Judicium temerarium.

THESIS I. *Zizania in medio tritici.* Matth 13. v. 25. Judicium temerarium est illicitum, & injustum. I. Ex defectu Authoritatis, & Jurisdictionis: temerariè enim judicans offendit Deum, cujus Authoritatem sibi arrogat;